Um inter ruentis ſeculi calamitates . quas prochdolor nõ
tam legimus q̃ꝫ paſſim experimur. vetus oriens damno ſue
ruine irrefragabili diſſolutus eccleſiam quã nouus oriẽs ho
mo chriſtus ieius aſperſione ſui ſanguinis fecũdauit licet ab
initio varijs hereſum contagionibus inficere non ceſſat. illo tamẽ preci
pue in tẽpore his conatur. quando mũdi veſpere ad occaſum declinan
te et malicia hoĩm excreſcente nouit in ira magna. vt Joãnes in Apo-
calipſi teſtatur. ſe modicum tempus habere. Quare et inſolitam quan
dam hereticam prauitatem in agro dominico ſuccreſcere fecit. hereſim
inquam maleficarũ a principaliori in quo vigere noſcitur ſexu. denotã
do. Que dum innumeris machinatur inſultibus hoc tamẽ in ſinguliſ
quod cogitatu terribile. deo nimiũ abominabile et om̃ibus chriſtifide
libus odibile cernitur. operibus expletur. Ex pacto em̃ cum in inferno
et ſedere cum morte. fetidiſſime ſeruituti. pro earum prauis explendis
ſpurcitijs ſe ſubijciũt. Preterea ea que in quotidianis erũnis. homini-
bus. iumentis et terre frugibus ab eis deo ꝑmittente et virtute demo-
num concurrente inferũtur. Inter que mala nos inquiſitores Jacob
ſprenger. vna cum chariſſimo ab apoſtolica ſede in exterminiũ tam pe
ſtifere hereſis ſocio deputato. licet inter diuinoꝝ eloquioꝝ profeſſores
ſub predicatoꝝ ordine militantiũ minimi. Pio tamen ac lugubri affe
ctu penſantes quid remedij quid ve ſolaminis mortalibus ipſis pro ſa-
lutari anthidoto foret adminiſtrandum. huic operi pre cũctis alijs re-
medijs pios ſubmittere humeros dignum iudicauimus confiſi de mel
liflua largitate illius. qui dat oĩbus affluenter. et qui calculo ſumpto de
altari forpice tangit et mũdat labia imꝑfectorum in finem optatum cũ
cta perducere. Uerum cum in operibus hominũ nil fiat adeo vtile ⁊ li
citũ cui nõ poſſit aliq̃ pernicies irrogari. Jngeniola etiam noſtra ad a-
cumen nõ perueniũt veritatis. niſi lima alterius prauitatis plurimũ fue
rint abraſa. Jdeo qui de nouitate operis nos redarguẽdos eſtimat ad
certamen illius confidenter accedimuſ. Sciat tamen hocipm̃ opus no
uum eſſe ſimul et antiquũ. breue pariter et prolixum. antiquũ certe ma-
teria et auctoritate nouũ vero partium compilatione earũq; aggrega-
tione breue propter plurimoꝝ auctoꝝ in breuem perſtrictionem. lon-
gum nihilominus propter ĩmenſam materie multitudinem et malefi-
carum imꝑſcrutabilem maliciam. Nec hoc dicimus ceteroꝝ auctorũ
ſcriptis p̄ſumptuoſe derogando noſtrũq; opus iactanter ⁊ inaniter ex-
tollendo. cum ex noſtro ingenio pauca et quaſi nulla ſint addita. Un-

J. 138

KGL. LANDES-BIBLIOTHEK ZU DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

de non noſtrum opus. ſed illorum potius cenſetur quorum ex dictis fe re ſunt ſingula contexta. Qua ſimul ex cauſa nec poemata condere nec ſublimes theorias cepimus extēdere. ſed excerptoꝝ more procedendo ad honorem ſumme trinitatis ⁊ indiuidue vnitatis ſuper tres partes principales. originem. progreſſum ⁊ finem. Maleficarum malleum tractatum nuncupando aggredimur recollectionem operis ſocio exe- cutiōnem vero his quibus iudicium duriſſimum imminet. eo ꝙ in vin dictam malorum. laudem vero bonorum cōſtituti cernūtur a deo. cui omnis honor ⁊ gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf